

compagnie de quelques autres Angevins, à Notre-Dame d'Anjou, en rapporte un fragment, qu'il a tiré du *Volume du Puy en Velay*. Ménard, dans ses *Ecrivains* P. Gissey.

DE SANCTA FIDE VIRGINE.

(*Gall. Christ.* tom. II, Append., p. 894.)

Aginnum anno 303 adveniens Dacianus, spirans minarum et cædis in Christianos, inquisivit, ac immanem persecutionem adorsus est. Turbatus pusillus fidelium grex, clam ab urbe secessit, ac per abrupta eremi, et fragosas convallium cautes diversatus in speluncis delituit. Gregem secutus pastor (S. Caprasius), omnia circumquaque scopulorum diversoria peragravit. Hos divinis colloquiis recreabat, illos emendicatis subsidiis fovebat, omnes erigebat exemplo, ac pœnis et præmiis æternis propositis ad martyrium præparabat. Demum pridie Nonas Octobris, cum, ut fert traditio, excuso e monte, cui hodie a Sancto Vincentio nomen, patet aspectus in urbem, et ipse in ejus platea perspiceret oculis illustre spectaculum, nempe Fidem virginem eo nomine, pro cuius defensione viriliter decertabat, dignissimam, cum suppliciis torturibusque committi, et post longa craticulae ardentes suppicia excarnificata ac tostam ab angelo columbae specie donari corona, ipsamque interim sponsu Christo vitæ sue reliquias, holocausto jam

fere peracto, consecrare, sensit in se charitatem accendi eo igne qui virginem absumebat, atque prævisse puellam attendens, erubuit non saltem sequi. Aginnum revertens, prius Deum precatus, ut omnia in melius convertens sibi in illo articulo quid rei faciendum esset, non obscuro significaret indicio, et si quidem in arenam descendendum esse statuisset, ex proximo pumice emicare faceret protinus aquam : nec mora, eodem loci temporisque vestigio solum vivus emanat mirabiliter eductus, aquam jugem abunde suppeditans. Ad aquæ aspectum cor designati martyris magis magisque exarsit, et ad certamen quo dein gloriose perfunctus est, se protulit. Illico enim ductus ante præsidis tribunal, Christianam fidem profitetur, judicis ac tortorum minas contemnit, tandem invictus in confessione Christi abscesso capite martyr occubuit, ut prolixius recitant gesta ejusdem sancti, apud Surium et Martyrologium Romanum. Festum ejus celebratur 20 Octobris.

DE MIRACULIS SANCTÆ FIDIS

LIBER

Auctore Bernardo scholastico.

MONITUM MABILLONII.

(*Annal. Bened.* tom. IV, lib. LIII, num. 42, pag. 414.)

Sub id tempus (an. 1010) Bernardus scholasticus, scholis Andecavensis præpositus, librum De miraculis sanctæ Fidis Conchensis seu Conchacensis compositum, eumque Fulberto Carnutensem episcopo, magistro quondam suo. nuncendavit. Editus est ma-

D libellum Miraculorum sanctæ Fidis de Conchis, quæ passa est Aginno sub impio Daciano cum beato Caprasio. Exstat in codice Carnutensi hic liber, editis auctior, sub hoc titulo : *Incipit liber miraculorum sanctæ ac beatissimæ Fidis virginis et martiris. editus*